que prohibita sunt. Arguit autem sermo diuinus populum
iudeorum. Immo scribas & phariseos. quos & dns argue
bant dicens. uos estis. qui iustificatis uos met ipsos. coram
hominibus. Ds autem scit corda uestra. quia quod in hominibus ex
celsum est. Abominatio est apud dm. unde increpabat eos
atq; dicebat. Uae uobis scribe & pharisei hipocrite qui
mundatis quod foris est calicis & parapsidis. & intus pleni estis
inmunditia. & iterum. qui estis sepulchra dealbata intus
autem pleni estis ossibus mortuorum. & omni spurcitia.
qui ore suo benedicebant & corde suo maledicebant. Qui
dno loquebantur pacifica. & molliebant sermones suos sup
oleum ipsi autem erant iacula. De quo rectissime dicebatur.
Populus hic labiis me honorat. cor uero eius longe est a me.
Preceperat autem per mosen ds. ut siquis praeuentus fuiss& in
peccato. uacca rufe aspersus cinere. & talis expiationis
modis per sacrificia & uictimas rediret ad templum quod
illi neglegentes in locis diliciarum & uoluptatum. hoc est
in hortis amoenissimis uel baptisteria exstruebant uel
piscinas ad ariolas inrigandas. Adulteria & omnem libi
dinum turpitudinem. simplicibus aquis abluere se putan
tes quibus rectissime illud aptabitur. & noctem flumi
ne purgant. Nec alicui uideatur incongruum. si quae

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 111, p. 331 – Copy of Jerome's commentary on chapters 14-18 of the Book of Isaiah (http://www.e-codices.ch/en/csg/0111/331)